

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deuocio a
cum uariis

Non putrescit cor, si leuetur ad Deum. Frumentum tuum, si haberes in inferioribus ne putresceret, leuares illud ad superiora. Frumento tuo mutare queris locum, et cor permittis in terra putrescere. Frumentum leuares ad superiora; cor leua in celum. Et unde, inquis, possum? Qui funes, que machine, que scale opus sunt? Gradus affectus est; iter tuum uoluntas tua est. Amando ascendis, negligendo descendis. Stans in terra in celo es, si diligis Deum.

Augustinus super Psalmum LXXXV.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

mutare queris] queris mutare P V¹ V² L¹ L²; iter] inter P; diligis Deum] Deum diligis P V¹ V² L¹ L²